

HET DOOPSEL VAN VOLWASSENEN - VROUWEN -

prope humeros, et superiore parte corporis nudatum, reliqua honeste contextum, ter illum, vel caput ejus mergendo, et toties elevando, baptizet sub trina mersione, sanctam Trinitatem, semel tantum sic invocando : Ego te baptizo in nómine Patris ✠, mergat semel ; et Filii ✠, mergat iterum ; et Spiritus ✠ sancti, mergat tertio : Patrino, vel Matrino, vel utroque eum tenente, vel tangente.

Et cum Electus surrexerit de Fonte, Patrinus vel Matrino cum linteo in manibus suscipit eum de manu Sacerdotis : et Sacerdos intincto pollice dextero in sacro Chrismate, illum in vertice in modum crucis perungit, dicens: Deus omnipotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, etc. (fol. 30).

Deinde Sacerdos imponit capiti ejus linteolum, seu chrimale, et dat ei vestem candidam, dicens : Accipe vestem cándidam, etc. (fol. 30).

Et statim prædicto linteo abstergitur, et in loco semoto vestitur novis et albis vestibus, et exteriore candida, quam accepit.

Postea dat ei Sacerdos candelam accensam in dextera manu, dicens : Accipe lámpadem, etc., ut supra.

Eodem modo, si plures fuerint, fit pro singulis.

Postea dicet

N., vade (ite) in pace, et N., ga(at) in vrede en de Dóminus sit tecum. Heer zij met u.

R. Amen.

R. Amen.

Si adsit Episcopus qui id legitime præstare possit, ab eo Neophyti Sacramento Confirmationis initiantur.

Deinde si hora congruens fuerit, celebratur Missa, cui Neophyti intersunt, et sanctissimam Eucharistiam devote suscipiunt.

Si vero ob baptizandorum multitudinem, ut in India et novo Orbe quandoque contingit, in singulorum Baptismo præscripti ritus adhiberi non possunt, tunc vel pluribus simul adhibeantur, vel si urget necessitas, omittantur.



HET DOOPSEL VAN VOLWASSENEN

- VROUWEN -

VOORBEREIDEND GEBED VOOR DE PRIESTER

In primis Sacerdos, paratis his, quæ supra de observandis in administratione Sacramenti Baptismi parvulorum dicuntur, indutus superpelliceo et stola, vel etiam pluviali violacei coloris, cum suis Clericis accedit ad gradus Altaris, et genibus flexis, pias mente ad Deum preces effundit, ut tantum Sacramentum digne valeat ministrare : et ad implorandum divinum auxilium, surgens se signat, et si temporis ratio ferat, dicit

De priester, gekleed in koorhemd en paarse stola (en paarse koorkap), knielt voor het altaar en bidt in stilte. Daarna staat hij op, maakt een kruisteken, en zegt

V. ✠ **Deus, in adiutorium meum intēde.**

R. Dómine, ad adiuvandum me festína.

V. **Glória Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.**

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper et in sæcula sæculórum. Amen.

Postea incipiat, prosequentibus Clericis

Antifoon. Effúdam super vos aquam mundam, et mundabimini ab ómnibus inquinaméntis vestris, dicit Dóminus.

God, kom mij te hulp.

Heer, haast U mij te helpen.

Eer aan de Vader en de Zoon en de Heilige Geest.

Zoals het was in het begin, nu en altijd, en in de eeuwen der eeuwen. Amen.

Ik zal rein water over u uitstorten, en gij zult gereinigd worden van al uw ongerechtigheden, zegt de Heer.

Psalmus VIII

1. Dómine, Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérſa terral

2. Quóniam eleváta est magnificéntia tua, * super cælos.

1. Heer, onze Heer, * hoe heerlijk is uw Naam over geheel de aarde.

2. Hoger dan de hemelen * ligt gespreid uw grootheid.

DOOPKLEED

42. Tunc bombacio vel re simili pollicem tergit, et imponit capiti Electi chrismale, seu candidum linteolum, et dat illi vestem candidam, decens

Accipe vestem cándidam
et immaculátam, quam
pérferas ante tribúnal
Dómini nostri Jesu Christi,
ut hábeas vitam ætérnam.

R. Amen.

Et Electus deponit priores vestes, et induitur novis albi coloris, vel saltem exteriore candida, quam a Sacerdote accipit.

Postea dat ei Sacerdos cereum, seum candelam accensam in manu dextera, dicens

**Ontvang dit witte kleed ;
draag het onbesmet tot
voor de rechterstoel van
onze Heer Jezus Christus,
opdat gij het eeuwig leven
moogt verwerven.**

R. Amen.

DOOPKAARS

Accipe lámpadem ardéntem,
et irreprehensíbilis custódi
baptísmum tuum: serva Dei
mandáta, ut, cum Dóminus
vénerit ad núptias, possis
occúrrere ei in aula cælésti
in vitam ætérnam.

R. Amen.

Ipsa vero Neophytus eundem cereum accensum manibus teneat usque in finem, præterquam dum confirmatur.

In Ecclesiis autem ubi Baptismus fit per mersionem, sive totius corporis, sive capitis tantum, Sacerdos accipiat Electum per brachia

**Ontvang deze brandende
kaars en bewaar uw
doopsel onberispelijk ;
onderhoud Gods geboden,
zodat gij de Heer, wanneer
Hij ter bruiloft komt,
samen met alle heiligen in
het hemelse hof tegemoet
kunt gaan, en leven moogt
in de eeuwen der eeuwen.**

R. Amen.

Cum plures sunt Electi, singillatim singuli interrogantur, et baptizantur, ut supra.

Si sunt mares et feminæ, primum mares, deinde feminæ.

Verum si probabiliter dubitetur, an Electus fuerit alias baptizatus dicat Sacerdos

N., si non es baptizátus, ego te baptízo in nómine Pa^x tris, et Fí^xlii, et Spíritus ^x Sancti. **N., indien gij niet gedoopt zijt, doop ik u in de Naam van de Vader ^x en de Zoon ^x en de Heilige Geest.**

ZALVING MET HET H. CHRISMA

Deinde Sacerdos intingat pollicem dexterum in sacrum Chrisma, et perungat verticem Electi in modum crucis, dicens

Deus omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto, quique dedit tibi remissionem ómnium peccatórum ipse te líniat Chrísmate salútis ^x in eódem Christo Jesu Dómino nostro in vitam æté^rnam.

R. Amen.

Pax tecum.

Et cum spíritu tuo.

De almachtige God, de Vader van onze Heer Jezus Christus, die u deed herboren worden uit het water en de Heilige Geest en die u vergiffenis schonk over al uw zonden, Hij zalve u met het Chrisma ^x der verlossing in Christus Jezus, onze Heer, opdat gij het eeuwig leven moogt bezitten.

R. Amen.

De vrede zij met u.

En met uw geest.

3. Ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum et ultórem.

4. Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuorum : * lunam et stellas, quæ tu fundásti.

5. Quid est homo, quod memor es ejus ? * aut filius hóminis, quóniam vísitas eum ?

6. Minuísti eum Paulo minus ab Angélis, glória et honóre coronásti eum : * et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

7. Omnia subjecísti sub pédibus ejus, * oves et boves univérsas : insuper et pécora campi.

8. Vólucres cæli, et pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

9. Dómine, Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

10. Glória, Patri, et Filio, et Spíritui Sancto.

11. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

3. Uit de mond van kinderen en zuigelingen hebt Gij U lof bereid om uw vijanden te verstommen, * om uw tegenstander en wie U haat te beschamen.

4. Als ik uw hemelen zie, het werk uwer vingers, * de maan en de sterren die Gij er hebt bereid.

5. Wat is dan de mens, dat Gij hem zoudt gedenken, * een mensen-kind, dat Gij zorg voor hem draagt?

6. Weinig minder dan engelen hebt Gij hem gemaakt, hem gekroond met eer en met luister, * en hem gesteld over het werk uwer handen.

7. Alles hem aan de voeten gelegd, schapen en runderen alle, * en de dieren der wildernis.

8. Vogelen des hemels en vissen der zee, * al wat de paden der zeeën bewandelt.

9. Heer, onze Heer, * hoe heerlijk is uw Naam over geheel de aarde.

10. Eer aan de Vader en de Zoon * en de Heilige Geest.

11. Zoals het was in het begin en nu en altijd, * en in de eeuwen der eeuwen. Amen.

Psalmus XXVIII

1. Afférte Dómino, filii Dei : * afférte Dómino Fílios aríetum.

2. Afférte Dómino glóriam et honórem, afférte Dómino glóriam nómini ejus : * adorete Dóminum in

1. Offert de Heer, gij, zonen van God, * offert de Heer jongen van rammen.

2. Breng de Heer glorie en lof, brengt de Heer de eer van zijn Naam ; * aanbidt de Heer in zijn

atrio sancto ejus.

**3. Vox Dómini super aquas,
Deus majestátis intónuit : *
Dóminus super aquas multas.**

4. Vox Dómini in virtúte : * vox
Dómini in magnificéntia.

**5. Vox Dómini confringéntis
cedros : * et confrínget Dóminus
cedros Líbani.**

6. Et comminute eas tamquam
vitulum Líbani : * et dilectus
quemadmodum fílius unicornium.

**7. Vox Dómini intercidéntis
flammas ignis : * vox Dómini
concutiéntis desértum : et
commovébit Dóminus desértum
Cades.**

8. Vox Dómini præparantis cervos,
et revelabit condénsa : * et in
templo ejus omnes dicent glóriam.

**9. Dóminus dilúvium inhabitáre
facit : * et sedébit Dóminus rex
in ætérnum.**

10. Dóminus virtútem pópulo suo
dabit : * Dóminus benedícit pópulo
suo in pace.

**11. Glória, Patri, et Filio, et
Spíritui Sancto.**

12. Sicut erat in princípíio, et nunc,
et semper, et in sæcula
sæculórum. Amen.

heilige voorhof.

3. De stem van de Heer dreunt
over de wateren, de God der
heerlijkheid doet Zich horen in
donder ; * de Heer doet Zich
horen boven de vele wateren.

4. De stem van de Heer is vol
kracht ; * de stem van de Heer is
vol heerlijkheid.

5. De stem van de Heer
verbrijzelt de ceders ; * de Heer
verbrijzelt de ceders van de
Libanon.

6. Hij doet de Libanon opspringen
als een kalf, * de Sirion als het
jong van een eenhoorn.

7. De stem van Heer spuwt
bliksem-schichten, * de stem van
de Heer doet de woestijn
sidderen ; de Heer doet beven de
woestijn van Cades.

8; De stem van de Heer doet de
herten werpen en ontbladert de
wouden ; * en in zijn tempel roept
ieder : U zij de glorie !

9. De Heer zetelt boven de
watervloed ; * de Heer troont er
als koning voor eeuwig.

10. De Heer zal zijn volk sterkte
geven ; * de Heer schenkt zijn
volk de zegen van vrede.

11. Eer aan de Vader en de Zoon
* en de Heilige Geest.

12. Zoals het was in het begin en
nu en altijd, * en in de eeuwen
der eeuwen. Amen.

Psalmus XLI

**1. Quemádmódu desiderat
cervus ad fontes aquárum : * ita**

1. Zoals het hert smacht naar de
waterbronnen, zo smacht mijn

Interrogat

N., vis baptizári ?

**N., wilt gij gedoopt worden
?**

Respondet

Volo

Ja, dat wil ik.

HET DOOPSEL

Tunc Patrino, vel Matrino, vel utroque (si ambo admittantur) admota manu, tenente seu tangente Electum, vel Electam, aperto capite, et laxatis a collo vestibus, inclinatum, Sacerdos vasculo vel urceolo hauriat Aquam baptismalem de Fonte, et cum ea sub trina supra caput in modum crucis infusione baptizet Electum, seu Electam, in nomine SS. Trinitatis, sic dicens

N., ego te baptízo

in nómine Pa×tris (fundat primo),

et Fí×lii (fundat secundo),

et Spíritus × Sancti (fundat tertio).

N., ik doop u in de Naam van de Vader ×

en de Zoon × en de Heilige × Geest.

Si Aqua, quæ ex capite baptizati defluit, non dilabatur in sacrarium Baptisterii, recipiatur in subjecta aliqua pelvi, et in illud postmodum projiciatur.

Interrogat

N., credis in Deum, Patrem
omnipotentem, Creatorem
caeli et terrae ?

Credo.

Interrogat

Credis in Jesum Christum,
Filium ejus unicum,
Dominum nostrum, natum et
passum ?

Credo.

Interrogat

Credis et in Spiritum
Sanctum, sanctam
Ecclesiam catholicam,
sanctorum commu-nionem,
remissionem peccatorum,
carnis resurrectionem, et
vitam aeternam?

Credo.

Iterum interrogat, dicens

N., quid petis ?

Respondet

Baptismum.

N., gelooft gij in God, de
almachtige Vader,
Schepper van hemel en
aarde ?

Ja, ik geloof.

Gelooft gij in Jezus
Christus, zijn enige Zoon,
onze Heer, die geboren is
en geleden heeft?

Ja, ik geloof.

Gelooft gij ook in de
Heilige Geest, de heilige
katholieke Kerk, de
gemeenschap van de
heiligen, de vergiffenis van
de zonden, de verrijzenis
van het vlees, en het
eeuwig leven ?

Ja, ik geloof.

N., wat vraagt gij ?

Het doopsel.

desiderat anima mea ad te,
Deus.

2. Sitivit anima mea ad Deum
fortem vivum : * quando veniam, et
apparébo ante faciém Dei ?

3. Fuérunt mihi lácrimæ meæ
panes die ac nocte : * dum
dicitur mihi quotidie : Ubi est
Deus tuus ?

4. Hæc recordátus sum, et effúdi in
me ánimam meam : * quóniam
transíbo in locum tabernáculi
admirábilis, usque ad domum Dei.

5. In voce exsultatiónis, et
confessiónis : * sonus epulántis.

6. Quare tristis es, ánima mea ? *
et quare contúrbas me ?

7. Spera in Deo, quóniam adhuc
confitébor illi: * salutáre vultus
mei, et Deus meus.

8. Ad meípsum ánima mea
conturbáta est : propterea memor
ero tui de terra Jordánis, et
Hermóniim a monte módico.

9. Abyssus abyssum ínvocat, *
in voce cataractárum tuárum.

10. Omnia excélsa tua, et fluctus
tui * super me transiérunt.

11. In die mandávit Dóminus
misericórdiam suam : * et nocte
cánticum ejus.

12. Apud me orátio Deo vitæ meæ,
* dicam Deo : Suscéptor meus es.

13. Quare oblítus es mei ? * et
quare contristátus incédo, dum

ziel naar U, o God.

2. Mijn ziel dorst naar God, de
levende God ; wanneer zal ik
komen en voor Gods aanschijn
verschijnen ?

3. Mijn tranen zijn mij dag en
nacht tot brood, omdat men elke
dag tegen mij zegt : Waar is uw
God ?

4. Hieraan wil ik denken en mijn
ziel in mij uitstorten, hoe ik optrok
met de menigte, hoe ik hen
voorging naar het huis van God.

5. Onder jubelklanken en met
lofgezangen als een feestende
menigte.

6. Mijn ziel, waarom zijt gij
bedroefd en zijt gij onrustig in
mij?

7. Op God toch moet gij
vertrouwen, want dan zal ik Hem
weer loven, die mijn redder is en
mijn God.

8. Mijn ziel is bedroefd in mij ;
daarom denk ik aan U uit het land
van de Jordaan en de Hermon en
het kleine gebergte.

9. Afgrond roept tegen afgrond bij
het gedruis van uw stromen.

10. Al uw stromen en golven
slaan over mij heen.

11. Bij dag zal de Heer zijn
genade schenken en 's nachts zal
ik Hem bezingen.

12. En loven de God van mijn
leven. Ik zeg tot God : Gij zijt mijn
rots.

13. Waarom vergeet Gij mij ?
Waarom ga ik in droefheid voort,

affligit me inimicus?

14. Dum confringuntur ossa mea, *
exprobraverunt mihi qui tribulant
me inimici mei.

**15. Dum dicunt mihi per
singulos dies : Ubi est Deus
tuus ? * quare tristis es, anima
mea ? et quare conturbas me ?**

16. Spera in Deo, quoniam adhuc
confitebor illi: * salutare vultus mei,
et Deus meus.

**17. Glória, Patri, et Filio, et
Spíritui Sancto.**

18. Sicut erat in principio, et nunc,
et semper, et in saecula
saeculorum. Amen.

Et repetitur Antiphona

Ant. Effundam super vos aquam
mundam, et mundabimini ab
omnibus inquinamentis vestris,
dicit Dominus.

Deinde dicitur

Kýrie eléison
Christe, eléison.

Kýrie eléison.

Pater noster ... (secreto)

**Et ne nos inducas in
tentationem.**

Sed libera nos a malo.

**V. Dómine, exáudi orationem
meam.**

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo

verdrukt door de vijand ?

14. Mijn beenderen worden
verbrijzelt, wanneer mijn
tegenstanders mij honen.

15. Wanneer zij mij iedere dag
zeggen : "Waar is uw God ?" mijn
ziel, waarom zijt gij bedroefd en
zijt gij onrustig in mij ?

16. Op God toch moet gij
vertrouwen, want dan zal ik Hem
weer loven, die mijn redder is en
mijn God.

17. Eer aan de Vader en de Zoon
* en de Heilige Geest.

18. Zoals het was in het begin en
nu en altijd, * en in de eeuwen
der eeuwen. Amen.

Ik zal rein water over u uitstorten,
en gij zult gereinigd worden van
al uw ongerechtigheden, zegt de
Heer.

Heer, ontferm U over ons.
Christus, ontferm U over ons.
Heer, ontferm U over ons.
Onze Vader ... (in stilte)

En leid ons niet in bekoring.

Maar verlos ons van het kwade.

Heer, verhoor mijn gebed.
En mijn geroep kome tot U.

De Heer zij met u.
En met uw geest.

LAATSTE BEZWERING

Mox bombacio, vel re simili tergite pollicem, et loca inuncta, et subjungit
dicens

Exi, immunde spiritus, et da
honorem Deo vivo et vero. Fuge,
immunde spiritus, et da locum
Jesu Christo Filio ejus. Recede,
immunde spiritus, et da locum
Spíritui sancto paráclito.

Ga uit, onreine geest, en geef eer
aan de levende en waarachtige
God. Vlucht, onreine geest, en
maak plaats voor Jezus Christus,
zijn Zoon. Wijk terug, onreine
geest, en maakt plaats voor de
Heilige Geest, de Verrooster.

Quando plures sunt Electi, idem fit circa singulos eorum.

*Hic Sacerdos deponat stolam, et pluviale violaceum, et sumat aliud albi
coloris.*

Et ducitur Electus ad Baptisterium : ubi si ob aliquam causam non
habeatur sive praeeparata non fuerit Aqua baptismalis, fiat benedictio
Fontis, ut infra ponitur.

4° In de doopkapel

LAATSTE GELOOFSBELIJDENIS

Quando plures sunt Electi, idem fit circa singulos eorum.

Et cum fuerit prope Fontem, Sacerdos interrogat

Quis vocaris ?

Hoe is uw voornaam ?

Respondet

N.

N.

Interroget

N., abrenúntias sátanæ ?

Abrenúntio

Interroget

Et ómnibus opéribus ejus ?

Abrenúntio

Interroget

Et ómnibus pompis ejus ?

Abrenúntio

N., verzaakt gij de satan ?

Ja, ik verzaak.

En al zijn werken ?

Ja, ik verzaak

En al zijn verlokkingen ?

Ja, ik verzaak

ZALVING MET OLIE DER DOOPLEERLINGEN

Tunc Sacerdos intingit pollicem dexteræ manus in Oleo sancto Catechumenorum, et inungit Electum primum in pectore, deinde inter scapulas, in modum crucis, dicens

**EGO te línio Oleo salútis
✠ in Christo Jesu
Dómino nostro in vitam
ætérrnam.**

Ik zalf u met de ✠ Olie der verlossing in Christus Jezus onze Heer, opdat gij eeuwig leven moogt hebben.

R. Amen.

Pax tibi.

Et cum spíritu tuo

R. Amen.

Vrede zij met u.

En met uw geest.

Oratio

Orémus. Omnípotens sempitérne Deus, qui dedisti fámulis tuis in confessióne veræ fidei, æternæ Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia majestátis adoráre Unitátem : quæsumus ; ut, ejúsdem fidei firmitáte, ab omnibus semper muniámur advérsis.

Laat ons bidden. Almachtige, eeuwige God, die uw dienaren hebt verleend in de belijdenis van het ware geloof de heerlijkheid der eeuwig Drievuldigheid te erkennen, en in de macht van haar majesteit de Eenheid te aanbidden; wij vragen U, dat wij door standvastigheid in dit geloof steeds voor alle onheil beveiligd blijven.

Oratio

Adesto supplicatióibus nostris, omnípotens Deus : et quod humilitátis nostræ geréndum est ministério, tuæ virtútis impleatur efféctu.

Verhoog ons gebed, almachtige God ; en breng hetgeen wij door onze nederige dienst gaan voltrekken, door de werking uwer kracht tot voltooiing.

Oratio

Da, quæsumus, Dómine, electo nostro, ut sanctis edóctus mystériis, et renovétur fonte baptísmatis, et inter Ecclesiæ tuæ membra numerétur. Per Christum Dóminum nostrum.

Geef, bidden wij, Heer, dat onze uitverkorene, die in de heilige geheimen is onderwezen, in het bad van het doopsel wordt herboren en onder de leden van uw Kerk wordt geteld. Door Christus onze Heer.

Amen.

Amen.

Si plures fuerint baptizandi, hæc tertia Oratio dicatur in numero plurali.

PLECHTIGE AANNEMING VAN DE GELOOFSLEERLINGE

Deinde Sacerdos procedit ad fores Ecclesiæ, et stat in limine : catechizandus vero extra limen. Et si sunt plures, mares et feminæ, illi ad dexteram Sacerdotis, hæc vero ad sinistram statuuntur, et

Sacerdos interrogat

Quo nómine vocáris ? **Hoe is uw voornaam ?**

Catechumenus respondet:

N. ***N.***

Sacerdos

N., quid petis ab Ecclesiá Dei ? ***N.*, wat verlangt gij van Gods kerk ?**

Catechumenus

Fidem. **Het geloof.**

Sacerdos

Fides, quid tibi præstat ? **Wat geeft u het geloof ?**

Catechumenus

Vitam ætérnam. **Het eeuwige leven.**

Sacerdos

Si vis habére vitam ætérnam, serva mandáta, Dîliges Dóminum Deum tuum ex tot corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex tota mente tua, et próximum tuum sicut te ipsum. In his duóbus mandátis tota Lex pendet, et Prophétæ. Fides autem est, ut unum Deum in **Wilt gij het eeuwige leven hebben, onderhoud de geboden. Gij zult de Heer uw God liefhebben uit geheel uw hart en uit geheel uw ziel en met geheel uw verstand, en uw naaste als uzelf. Aan deze twee geboden hangt de gehele Wet de de Profeten.**

peccatórum.

In nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

R. Amen.

Similiter si plures fuerint, imponit manum super capita singulorum, et dicit eumdem Exorcismum in numero multitudinis, et genere suo.

Gods zou worden tot vergeving van al zijn zonden. In de Naam van dezelfde Jezus Christus, onze Heer, die zal komen oordelen levenden en doden, en de wereld door het vuur.

R. Amen.

HET OPENEN DER OREN

Postea Sacerdos pollice accipit de saliva oris sui, et tangit aures, et nares Electi ; tangendo vero aurem dextram et sinistram, dicat :

EPHPHETA, quod est, adaperíre. Ephpheta, dat is : open u.

Deinde tangendo nares, dicat

IN ODÓREM suavitátis. Om de aangename geur in u op te nemen.

Et subdit

TU AUTEM, effugáre, díábole ; appropinquábit enim júdicium Dei. En gij, duivel, sla op de vlucht, want Gods oordeel is nabij.

VERZAKING AAN DE DUIVEL

Deinde interroget Electum

Quis vocáris ? **Hoe is uw voornaam ?**

Et ipse respondet

N. ***N.***

Tunc rursus Sacerdos imponat manum super caput Electi, et dicat

Nec te latet, sátana,
imminére tibi pœnas,
imminére tibi torménta,
imminére tibi diem iudícii,
diem supplícii sempitérni ;
diem, qui ventúrus est velut
clíbanus ardens, in quo tibi,
atque univérsis ángelis tuis
præparátus sempitérnus erit
intéritus. Proínde, damnáte,
atque damnánde, da
honórem Deo vivo et vero,
da honórem Jesu Christo
Fílio ejus, da honórem
Spirítui Sancto paráclito, in
cujus nómine atque virtúte
præcípíio tibi, quicúmque es,
spíritus immúnde, ut éxeas,
et recédas ab hoc fámulo
Dei *N.*, quem hódie idem
Deus et Dóminus noster
Jesus Christus ad suam
sanctam grátiam et
benedictiónem, fontémque
baptísmatis dono vocáre
dignátus est :⁵ [ut fiat] ejus
templum per aquam
regeneratiónis in
remissiónem ómnium

Het is u waarlijk niet
onbekend, satan, dat u
straffen en folteringen te
wachten staan, de dag van
het oordeel, de dag van de
eeuwige straf : de dag die
komen zal als een brandend
vuur, waarin u en al uw
engelen een eeuwige
ondergang is bereid.
Daarom, verdoemde en
doemwaardige, geef eer aan
de levende en waarachtige
God, geef eer aan zijn Zoon
Jezus Christus, geef eer aan
de Heilige Geest de
Vertrooster, in wiens Naam
en in wiens kracht ik u,
onreine geest, wie gij ook
zijt, gebied te wijken en uit te
gaan van deze dienaar Gods
N. die dezelfde onze God en
Heer Jezus Christus heden
door zijn gaven tot zijn
heilige genade en zegening
en tot het bad van het
doopsel heeft willen roepen ;
opdat hij door het water de
wedergeboorte een tempel

trinitáte et trinitátem in unitáte
veneréris, neque confundéndo
persónas, neque substántiam
separándo. Alia est enim
persóna Patris, á Fílii, ália
Spíritus sancti ; sed horum
trium una est substántia, et
nonnisi una divínitas.

Het geloof nu is, dat gij één
God in de Drievuldigheid en
de Drievuldigheid in de
eenheid vereert, zonder de
personen te vermengen,
noch de zelfstandigheid te
verdelen. Want een ander is
de persoon van de Vader,
een ander die van de Zoon,
een ander die van de Heilige
Geest ; doch deze drie
hebben één zelfstandigheid
en maar één Godheid.

Et rursus interrogat :

N., abrenúntias Sátanæ ?

***N.*, verzaakt gij de duivel ?**

Abrenúntio.

Ik verzaak.

Interrogat

Et ómnibus opéribus ejus ?

En al zijn werken ?

Abrenúntio.

Ik verzaak.

Interrogat

Et ómnibus pompis ejus ?

En al zijn ijdelheden ?

Abrenúntio.

Ik verzaak.

Deinde Sacerdos interrogat de Symbolo fidei, dicens

Credis in Deum Patrem
omnipoténtem, cratórem cæli et
terræ ?

**Geloof gij in God de
almachtige Vader, Schepper
van hemel en aarde ?**

Credo.

Ik geloof.

⁵ * [in suppl. Cærem. Dic : ut fieret.]

Interrogat

Credis in Jesum Christum,
Filiū ejus unicū, Dōminum
nostrum, natum, et passum ?

Credo.

**Geloof gij in Jezus Christus,
zijn enige Zoon, onze Heer,
die geboren is en geleden
heeft?**

Ik geloof.

Interrogat

Credis et in Spīritum sanctum,
sanctam Ecclēsiām cathōlicam,
Sanctōrum communiōnem,
remissiōnem peccatōrum,
carnis resurrectiōnem, et vitam
aetēnam ?

Credo.

**Geloof gij ook in de Heilige
Geest, de heilige katholieke
Kerk, de gemeenschap van
de heiligen, de vergeving van
de zonden, de verrijzenis van
het lichaam, en het eeuwig
leven ?**

Ik geloof.

Tunc Sacerdos exsufflat ter in faciem ejus, semel dicens

Exi ab eo, spīritus immūde, et da
locum Spīritui Sancto Paráclito.

Ga weg uit haar, onreine geest,
en maak plaats voor de Heilige
Geest, de Helper.

Hic in mundum crucis halet in faciem ipsius, et dicat

N. áccipe Spīritum bonum per
istam insufflatiōnem, et Dei
beneꝫdictiōnem.

N., ontvang door deze ademing
de goede Geest en de zegen ꝫ
van God.

Pax tibi.

V. Vrede zij met u.

Et cum spīritu tuo.

R. En met uw geest.

descēdit ad inferos ; tertia die
resurrēxit a mōrtuis ;
ascēdit ad cāelos; sedet ad
dēxeram Dei Patris
omnipotētis ;

inde ventūrus est judicāre vivos
et mōrtuos.

Credo in Spīritum Sanctum,
sanctam Ecclēsiām cathōlicam,
Sanctōrum communiōnem,

remissiōnem peccatōrum,
carnis resurrectiōnem,
vitam aetēnam.
Amen.

Pater noster, qui es in cāelis,
sanctificētur nomen tuum.
Advēniat regnum tuum.
Fiat volūntas tua, sicut in cāelo,
et in terra.

Panem nostrum quotidiānum
da nobis hōdie.
Et dimitte nobis débita nostra,
sicut et nos dimittimus
debitōribus nostris.
Et ne nos indūcas in
tentatiōnem ;
sed libera nos a malo. Amen.

Pontius Pilatus, gekruisigd is,
gestorven en begraven;
die nedergedaald is ter helle,
de derde dag verzezen uit de
doden;
die opgeklommen is ten hemel,
en zit aan de rechterhand van
God, zijn almachtige Vader;
vandaar zal Hij komen
oordelen de levenden en de
doden.

Ik geloof in de Heilige Geest ;
de heilige katholieke Kerk,
de gemeenschap van de
heiligen ;
de vergiffenis van de zonden ;
de verrijzenis van het vlees ;
het eeuwig leven.
Amen.

Onze Vader, die in de hemel
zijt,
geheiligd zij uw Naam.
Uw rijk kome.
Uw wil geschiede op aarde als
in de hemel.
Geef ons heden ons dagelijks
brood.
En vergeef ons onze schulden,
gelijk ook wij vergeven aan
onze schuldenaren.
En leid ons niet in bekoring,
maar verlos ons van het
kwade. Amen.

HET BINNENLEIDEN IN HET KERKGEBOUW

Si plures fuerint Electi, sive mares, sive feminæ, præcedentes Orationes et Exorcismi dicantur in numero plurali, et in genere proprio, ut superius dictum est.

Hic peractis, Sacerdos sinistra manu apprehendens dexteram Electi prope brachium, vel ei porrigens extremam partem stolæ, introducit eum in Ecclesiam dicens

N., ingredere in sanctam Ecclesiam Dei, ut accipias benedictionem cælestem a Dómino Jesu Christo, et hábeas partem cum illo et sanctis ejus.

R. Amen.

N., treed binnen in de heilige kerk van God, opdat gij van onze Heer Jezus Christus de hemelse zegen ontvangt, en opdat gij deel moogt hebben met Hem en zijn heiligen.

R. Amen.

Si plures fuerint, dicat in numero plurali : **Ingedimini in sanctam Ecclesiam Dei, etc.** et introducat eos, ut supra.

Et ingressus Electus, procumbit seu prosternit se in pavimento, et adorat.

Deinde surgit, et Sacerdos imponit manum super caput ejus, et Electus cum eo recitat Symbolum Apostolorum, et Orationem Dominicam.

Ita etiam si plures fuerint, omnes surgunt, et simul recitant.

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, creatórem cæli et terræ.

Et in Jesum Christum, Filium ejus únicum, Dóminum nostrum : qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Virgine, passus sub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus et sepúltus ;

Ik geloof in God, de almachtige Vader, Schepper van hemel en aarde.

En in Jezus Christus zijn enige Zoon, onze Heer; die ontvangen is van de Heilige Geest en geboren uit de Maagd Maria ; die geleden heeft onder

Deinde facit crucem cum pollice in ejus fronte, et in pectore, dicens

N., áccipe signum Crucis tam in fron^{te}, quam in cor^{de} ; sume fidem cæléstium præceptórum. Talis esto móribus, ut templum Dei jam esse possis : ingressúsque Ecclésiam Dei, evásisse te láqueos mortis, lætus agnósce.

N., ontvang het teken van het kruis, op uw voorsthoofd en in uw sthart; aanvaard het geloof in de hemelse leer en gedraag u zó, dat gij voortaan een tempel Gods kunt zijn, en erken vol blijdschap, dat gij door binnen te gaan in de Kerk van God aan de strikken des doods zijt ontkomen.

Et si Catechumenus venerit de gentilitatis errore, seu de ethnicis et idololatriis, Sacerdoce dicat:

